

## EPISTOLA

his datum, grata esse soleant. Ideoque vel eo nomine hos Commentarios Vestro nomini inscriptos, Vobis non ingratos esse planè confidimus. Siue deinde etiam, Amplissimi Viri, Vos ipsos intueamur, plurima sanè sunt, quæ Vobis ista Vestrisque honoribus, tanquam propria & debita vendicant. Non enim laude solum multiplicis virtutis, sed & pietatis studio excellitis: extant præterea præclara Vestra in Ecclesiam Dei, & Bernensem Rempublicam merita, ut vel ista iure optimo omnis generis honores Vobis adiudicent. Maximum verò est, quod hocce qualecunque honoris symbolum Vobis imprimis exhibendum, non solum suadere, sed imperare nobis debet,

brit,